


<b>1. Ścieżka zapisu</b>  BDSand\AKKKS\554	<b>2. Nazwa archiwum</b>  Biblioteka Diecezjalna w Sandomierzu	<b>3. Nr zespołu</b>
<b>4. Nazwa zespołu</b>		
Archiwum Kapituły Kolegiackiej i Katedralnej w Sandomierzu		
<b>5. Sygnatura</b>  AKKKS 554	<b>6. Liczba stron</b>  128 k. [i.e. 196 s.]	<b>7. Liczba skanów</b>  204
<b>8. Data wykonania</b>  22.09.2017	<b>9. Nazwa pracowni</b>  Alto-Protekt	<b>10. Skanerzysta</b>  Szymon Jaraczewski
<b>11. Uwagi</b>  Pomyłki w numeracji kart.		



## Colour Chart #14

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

DANES-PICTA.com

Black

## Colour Chart #13

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White


3/Color


Black

DANES-PICTA.com

554

2 Kognizioni







# Præfatio ad Fratres

**O CIOSITATEM** inimicam esse animæ aſſe-  
ruit Patriarcha et Legislator noster Diuus BENEDICTVS in Regula sua, RR. Patres et FF. charißimi. Non diuersi fuit animi filius eius, at noster Venerabilis PRÆBERNARDVS, qui in Tractatu suo ad Fr̄es de monte Dei, eiufmodi de ocio tulit sententiam. Omnia, inguit temptationum et cogitationum malarum et inutilium sentina est ocium. Et iterum. Summa malitia ocium est iners. Nec male sapiens. Eccl. 33. Multam malitiam docuit ociositas. Hæc pessima Ma-  
gistra, ne me vnum ex discipulis suis habere possit, proposu-  
i aliquod exercitium assumere, quod et animum detineat, et  
aliquam utilitatem afferat Monasterio nostro. Inter alios  
libros incidi in chronica sine Catalogum Abbatum nostri  
Monasterij sed imperfectum, sed stilo in tantum corrupto  
scriptum, ut Lector cum difficultate magna sensum exsu-  
gere valeat. Placuit perficere librum præfatum, sed nul-  
lam hac in parte habui experientiam, quam ut mihi com-  
pararem, visum est mihi relegere omnia Priuilegia, reui-

dere chartas, libros, et munimenta vniuersa, quae aus  
non antiqua Chronica perficere, sed nova scribere de im-  
ptis ex eis ea quæ vitam Abbatum vel commendabant,  
vel vituperabant, possem. Nec sine fructu. Nam reperi  
Conradum Zdum Abbatem fuisse omissum, qui quoniam  
eius nominis habuit Prædecessorem, accepit hanc iniuriam  
ut ei totum adscriberetur, quod per se laudabiliter fuerat  
acticatum. Omissus erat et Kunko Abbas cum Nicolao Trze-  
binskj, quorum tamen sit mentio, non quidem in authenticis  
privilegiis, sed in eorum file dignis copiis. Positus etiam erat  
D. Matthias Abbas bis cum tamen unus fuerit, qui D. Paulo  
successit. Erratum fuit et in Aduentu Tartarorum dupli, si-  
militer in trucidatione Fratrum nostrorum ab eis, quam ex Chro-  
nicis Regni fideliter excerpsti et suo loco collocaui. Multa al-  
lia scitu digna inueni, quorum in antiquis Chronicis nulla fa-  
cta est mentio, haec iudicavi scribenda, nam ~~ad~~ eorum scien-  
tiam sibi comparandam, magnus labor in reuidendis Privile-  
giis studiose lectori esset subeundus. Haec omnia non solum  
ex Chronicis antiquis (qua ad fidem struendam in fine libri  
inserenda

inserenda duxi) sed potius ut dixi ex reuisis Priuilegiis  
libris, chartis, desumpsi quatenus veritatem non ex riuulis,  
sed ex ipsis fontibus haustam ad medium deducere non era  
bescerem. Mouit me ad hoc aggrediendum admiranda libera-  
litas piorum Fundatorum nostrorum, quam in obliuionem trahere  
solet temporum varietas et eorum motus fluxibilis. Quia in  
re non mediocrem paterentur iacturam. Nam cum dicat Tulli-  
us ex omnibus premiis virtutis amplissimum esse gloriam, hoc  
quomodo ijs daretur, quorum heroici actus ignorantur? Ea ne  
priuaretur Mausolus Rex Cariæ, prouidit Artemisia vxor e-  
ius amantissima, modumq; ipsius conseruanda adinuenit talem,  
Sepulchrum viri sui tam insigne fabricari fecit, vt inter septem  
mundi miracula non postremum numeretur, quatenus posteri  
eo viso, iacentis in puluere virtutes scire satagant et imiten-  
tur Evidem dignum est, vt multò sumptuosius sepulchrum  
Fundatoribus piissimis Monasterij nostri extrueretur, at quia  
hic labor excedit humeros meos saltim pro modulo meo hanc  
gratitudinem eis ostendam, vt eorum preclare gesta litterarum  
lumine accendam, ne in tenebris ignorantie iacentia computrefescat

Hinc

Hinc Vestrae R<sup>u</sup>ndae Paternitates discent, quam Christi fideli-  
um munificis sit dotata largitionibus domus nostra, quibus  
aucta possessionibus et defensa praesidiis, quam felicibus cre-  
uerit fortunis, quorumue incuria fatis sit pressa contrarijs,  
ut si forte piorum, quis velit imitari virtutes, earum non pri-  
uetur exemplari, qui vero vitiorum desideret sordes detesta-  
ri, ex peruersorum euentu miserabili in suo proposito confirme-  
tur. In hac Hystoria si inconcinnitas et ruditas verborum  
displicebit, affectio tamen et pietas in proprium Profession-  
onis locum, quæ varios eius casus describere suasit, place-  
at. Cui etiam operi, rerum comparatarum subiunxi inuen-  
tarium, ut ad illud augendum posteris calcar possim addere,  
quod nullum melius spe mercedis æternæ. In nominatione per-  
sonarum in sublimitate existentium, præmitto titulos quorum  
modernis seculis usus est maximus, non quod talibus pro tune  
decorarentur (nec enim in Chronicis Polonicis aliqua fit eo-  
rum mentio) sed quia iam paßim hodie ab authoribus libroru

ponantur

ponantur ob maiorem eiusmodi personarum reverentiam. Su-  
scipient ergo RR. PP. et CC. FF. VV. hunc exiguum meum la-  
borem, saepius prælegant, et mei in suis deuotis Orationibus  
nequaquam sint immemores. Valete.

RR. PP. VV. indignus seruitor  
et Confrater.

卷之三

卷之三

# Quis fuerit Fundator Monaste- ry Copriunicensis

**F**undator alma domus nostre quis fuerit, aperte videt dicitur. M. Aladias de Midoia Historiographus Colonus Historiae sua libro 3. Cap. 16. his verbis. ANNO CHRISTI, viginti Octuagesimo Quinto supra millesimum Centesimum. CASIMIRVS Dux Colonee fundavit mona-  
sterium Copriunicense Cracoviensis Diocesis. Et ut eo locauit Fratres C-  
istercienses ex Monimundo sumptos. cui Oppidum Kopernica pro dote  
contulit, et libertates plures concessit. Ecclesiam quoque de quadro la-  
pide in honorem Beatissimi Floriani Martini et Patroni, tanquam re-  
ni hospitii fabricauit. Post huc Casimirum, Comes Nicolaus Bogo-  
rius plures villas dicto Casimiro contulit. Ceteri quoque Nobiles de  
armis Bojoria et Rabatak reliquias sortes et praedia deuote contule-  
runt. Partibus quoque Comitis posterior multo Historia Colone scri-  
pтор in vita Casimiri predicti Ducis sic daret. In Principatu vero Bo-  
riaco Martini etem etque Collegium instituit. Cutellige de Cepadari  
ensi Basilica) et Copriunicense monasterium eidem Cisterciensi sodalitati  
excitauit

excitauit Sed si et alij eorum sequaces, priuilegium Severini Boleslai Ducis Poloniae runcupati Judici, ab eodem anno dñi 1277 post lastero nostro concessum, coruincuntur non legisse. Ibi enim prius Dux libertatis omnia bona Monasterij nostri ab omnibus exactionibus Ducalibus sic dicit. Ob remedium animarum genitoris nostri ac dani nomine matris nostre felicis recordationis Chynialand villas Fratribus predictis, in nostro dominio acquisitas, usque et libertates eorundem prout in ipsorum Privelegiis perspectimus renouamus, et renouatas confirmamus videlicet Copinianam cum pertinentiis suis. Beszce, Sniacka, Koscin, Lubina, Dobledow, Luba, Jasz, Vietzno, cum pertinentiis suis. Kaz Bielaszow. Zdzior, quas in prima fundatione ipsius domus contulit Nicolaus Comes Fundator eiusdem Abbatiae. Ecce Fundatorem Abbatis nostra vocat Nicolaum Comitem, non vero Casimirum Princeps Quod si Serenissimus Casimirus Princeps fuisse Fundator, putas, non attribuisset illi tam insigne opus presentim anno suo? Conuenient enim Historici Poloni, Casimirum predictum reliquisse duos filios infubenses post mortem suam. Lescum videlicet album et Corvatum. Lescus teturdo

Florianum quatuor tuteLLarem loci et Patronum. Pinianus ergo et  
legittimus Fundator, Monasterij Cracoviensis est Magnificus D. XI.  
celius Comes

# I. Abbas Monastery Copriunicen. Rnđm̄us Dominus Theodoricus

igitur a parte virginis immaculata Anno millesimo Centeno Octu-  
agesimo Quinto, ab exordio vero Sacri Ordinis in Cisterciensis Octu-  
gesimo Septimo. Post depositionem Beatisimi Patris an̄i et melliflui Docto-  
ris BERNARDI trigesimo secundo. Post Niciclaum frimam Coloniae Ca-  
tolicum Principem baptismo initiatum, Centesimo Vigesimo. Post interfechio-  
num S. Stanislai Episcopi Cracoviensis a Boleslao Rege Audice runcupa-  
to Centeno sexto, Monachidem Ducatus Cracoviensis et Sandomiriensis gu-  
bernante Severissimo Duce Casimiro, filio Generi Regis Boleslui victo.  
post, qui dictus fuerat Wynoughi suo Fulcone illymo Episcopo Cracoviensi,  
in territorio Sandomiriensi secus fluvium dictum Kopishanska fundatus  
Cenobium. Cracoviensia eadem nomine runcupatum, de seculis et qualib[us] lapili-  
bus sumptuose muratum, per Magnificum Domum Nicolaum Comitem te Bo-  
genia, ex cuius prosapia modernis temporibus descendentes vocatur D. O. Sko-  
nicki. Huic monasterio in dotem contulit et inscripsit patrimonium suum

iuxta

ixeta positua (iam existens sine liberis, parvulae sibi Christum constituta  
esse decreuerat) videlicet duo oppida Cenonicum et Jaside, cum fundis  
et pertinentiis suis, villas quoque Bernece, Drichca, Kiscin Lubbing, Do-  
bedon, Zulla, Wietzno, Lang, Bielawo. Regnos cum pertinentiis  
suis, ut ex privilegio Serenii Boleslai Judicii Principis Poloniae superi-  
us est monstratum. Ratione vero Abbatem (quen Beodoricum nomine fu-  
isse testatur Olaus Magius Cronicus Cracoviensis in libro beneficiorum)  
cum Fratribus Cisterciensibus Ordinis ex gloriosissimo monasterio, quod extat  
in Gallianum partibus vocavit, eiusque dicta oppida et villas corrigens, li-  
bertatis et privilegiorum ab omni servitute, argenti et tributo Ducari eximi  
et virginis curauit, quod et feliciter a Serenio Casimiro Princeps Cracoviensis  
et Sandomiriensis obtinuit. Nonnulla ad perfectum fabrica Ecclesie deductae e-  
rat, dum ecce (doleamus nimis) moribus fidelis piissimum Fundato-  
rem aggreditur quo prostratus mortemque viciram presentans. Agni-  
ficum Onum Patorum que Comitem de familia Habsburg aduoca-  
eum obnoxie obsecrat, quatenus a se incemptum monasterium perfici pro-  
curet impensis quas sufficientissime trahauerant. Laborem hunc opili-  
mus Comes suscipit, promittitque se omnem curam exhibitum, resedeq;

certam

certum patrimonium inscriptum, quod et fecit. Omibus igitur  
stabilitis et dispositis viam viauersa carnis magnificus D. Nico-  
laus Fundator ingreditur sepultusque in eadem Ecclesia u[er]o crypta  
parietis Aquilonaris in praesbytério prope altare d[omi]ni gloriae Magda-  
lena requiescat, cuius etiam Mansedo diuersus insculpti leguntur ut  
bolidem dicem.

<sup>Sitens</sup>  
Aeternæ sciens fructum NICO LAE quietis  
Ante quia iaciens nunc bene sparsa metis.

Piissimo Fundatori furebibus persolutis. magnificus D. Bacordius  
comes accedit sese ad perficiendum uicatum edificium in cuius necel-  
savia et operarios ingentem summam expeditendo illud tandem ad perfectum  
leduxit, et ut proposerat villam suam dictam Ochre cum clausura in  
perpetuum ei resignavit. Assignata iam erat optata dies consecrationis  
Ecclesie, quam in honorem Dei et Beatae Virginis marie, nec non  
et S. Floriani martyris tanquam noui hospitis Fundator consecrari  
voluit, certior h[ab]et de re illius D. Fulco Ep[iscop]us Cracoviensis qui erat  
de genere et familia vulpium, redditus annuit votis possecatum, et  
speciali deuotione datus ad ampliorem Iuris domus frugem, deci-  
mas manipulares ad mensam suam Episcopalem ex Oppidis Copnico  
et Janel

et sicut et ex villis Strzeżkow, Sosnówka, Śnieżka, Bielawka,  
Zawon. Skotnicki festinantes, nec non et pecuniarum de Oppido  
Strzeżkow sibi prouenientem perpetuo donauit et iussiſt. Hunc  
rum conſecratioſis futura ad aures gloriſtici Domini Beatiſis  
filii gloriſtici Dni Ricardai de Zalobohice Comitis, cupiens et i-  
psa retributioſem habere in celis, pro die conſecratioſis ipsius Ecclesia  
villam suam hereditaria dictam Wzgórzewice donauit et resignauit  
Accedit aliorum Principum de Broſofia et familia Bogonięſi, et Hal-  
dank in domum nouiter edificatam. Fratresque in ea religioſe viuentes  
muniſcentia, qui ob remedium animarum suarum diuersas villas, pro-  
pria et sortes suas deute ei contulerunt. Nam gloriſticus D. Lau-  
lus Comes de Sandoborze villas suas, Sulejow, Bystrzyca Wielonice  
Dokaron, dieſlce Niedzica ob remedium et sua et parentū suorum  
nam donauit et resignauit. Item Nobilis Gregorius Dares de Strz-  
ekow hereditatis sua in eadem villa partem vendidit partem vero con-  
tulit Fratribus nouiter in Ecclesiam introductis. Dobručce quoque  
eis obueniebat pro commutatione facta de Zaradz. Goldich  
etiam Fratres ut testatus Iheriſſimus Princeps Boleslaus in suo  
Principio, viuentes in contiguitate Moravi ēſe villam dictam Strzežce  
eari pro

eam pro quadraginta marcis argenti emerunt a Nostri O. Nicolao  
filio Colui. Quia vero fradis Habbank natio facta est, vi-  
sun est modi principium notariorum Iuris uestigare, quod tale erat.

Año Domini millesimo centesimo nono. Henricus Caesar a Bohemis in-  
citatius solicitatus a Zbigneo exule magis pollicitationibus ea-  
spe impletus est, ut per dictum Zbigneum, Poloniā oram nullo  
negotio in potestaten suam se redacturum crederet. Itaque initio d-  
statis Polonia partem quod nunc Marchia Brandenburgensis, ac Sile-  
sia nomen daret ingreditur, captis quibusdam Opposis exercitum  
suum Mogorianus usque perduxit. Quam cum diutius obsidebat, et a  
deceano Boleslao Princeps Polonia dicto Kruonay stragam suorum  
magistrorum accessisset tandem Gervinus Boleslaus vetus Asaven non  
satis auxiliari belli iam pentsum, simul quod mens instabat, faci-  
liorem placidioraque fore legatos ad eum qui de pace tractaverit  
misit. Hi Caesar amictiose admodum et arroganter ostendens lega-  
tis Desaurum quem ingentem dabelat. Hic uixit Polonos pessima-  
bit. Erat legationis Princeps Scarbicus Comes ex ea gente, qui  
uirgine dabelat duas iunctas in nodis duorum trigonorum aquilium  
scutis argulis dabantur, quorum bases sursum versus patent W.  
J. Cossus

Is Cesaris iactantiam notans, annulo quen digito gestabat ut te-  
saurum proiecto: aurum inquit adiiciatur auro. Id secunda intelle-  
ctum Casar gratias agendo exceptit Habdach uquies lingua  
Germanica. Inde eis eidae familie nomen mansit ut Habdaci  
dicantur. A.D. 1194. Casinum Serenum Bologna Princi-  
pem, eum qui ad petitionem magnifici D. Nicolai Comitis de Bo-  
logna Fundatoris Monasterij Cenonicea priuilegia multa et li-  
bertates plurimas eidae Monasterio contulerat, subitus casus Iuni  
prostrauit. A Pontifice Maximo Lucio eius nomine testio, cate-  
fecit annos id est 1184. sacras reliquias S. Floriani marty-  
ris impetraverat, et in Suburbio Cracowis septentrionali (quod  
post in formam Oppidi redactum nunc Cleopoldia dicitur) ex-  
tracto splendido templo collocauerat, illudque preciosa suffelle-  
ctili dotauerat. Porro diem martyris memoria sacrum, qui ad  
quartum Novas glorij anniversarius institutus est totum rei di-  
uinam in alde eiusdem Domini Floriani impendit larges in egeros  
et afflictos effundens Eleemosynas. In sequenti die grande con-  
uinuum iugtruxit Proceres omnes qui tunc aderant inuitauit Fer-  
uente con-

uate conuiuio exdilaratis conviuio et multa de frateris bellis  
 ac periculis inter se conferentibus ac Principis res gestas et feli-  
 citatem celebrantibus ipse nonnulla de immortalitate animi in mediū  
 proposuit. Deinde hausto mediocri poculo, subito concidit, et post  
 paucas horas animam exhalauit. Subitusq; morbus eum invase-  
 rit, an venenum a muliercula quam depenbat, preparatum hausent  
 uicetum est. Cetera moderatus candidus frugi, et abstiner, severus  
 iuxta ac clemens, bello paceque clarus et laude dignus erat Princeps. Di-  
 uini cultus perquam studiosus, multa ad ornatum templorum contulit, glo-  
 nasterium Sulejowense in Gnesnensi Diocesi Cisterciensi sodalitati, ante-  
 quam sumnum Principatum acceptus esset condidit ac locupletauit. Ca-  
 simiro in Principatu successit Lescas dictus Albus a colore capillorum  
 filius eius, qui animi sui professionem in Monasterium nostrum vocans  
 ostendere, contulit ei alueum salis in saliferina in magno sale, qui  
 locus nunc Wielicka vulgari appellatione utitulatur, usiguum et non  
 vulgarem predicto Monasterio dotem facundam cirentem veram et  
 quietuosam, cuius donatio soli Principi et Ponarcis Regni cognie-  
 bat. Testatur hoc filius eius Boleslaus Pudicus Deveramus Princeps  
 in Privilégio suo, nostro Monasterio concessis his verbis, Hoc quoque  
 adiuvias

adiiciens ut alueum salis, quem Pater noster Lescus in salifodina, ma-  
 gnum sal vulgariter vocato eisdem Tribus contulebat, libere sicut Sac-  
 tenuis possideant et quiete. Sed alueus iste, dudum a monasterio ab-  
 tractus et alienatus est, incertum ex qua causa, sed neque per quem, aut  
 quo tempore, nec in hanc viam vestitus. Predictus Princeps Lescus, post-  
 quam varijs fortuna telis esset in Principatu iactatus, tandem a Suento-  
 pelco Pomeranorum Profecto, eo quod se nomine Ducis Pomerania et Do-  
 nore dignari vollet, in balneo existens inquadritur, ubi exaudito tumultu  
 certior factus de hostium aduentu Suentopelci, exdit, et equum ractus  
 cum paucis fugere cepit. Fugientem Suentopelcus cum plenisque su-  
 is persequitur, illam unum se petere possimum, ut raro illo capite  
 via ubi else posita dictitas, ubi effugere Princeps Lescus uise-  
 queruntur se manus non potuit et bene armatis, rucus pere cum paucis  
 restisset, fortiter dimicans ad Marcinowum pagum in maiori Polonia  
 occubuit, cuius corpus Cracoviam relatum in Basilica magna omnium cor-  
 floratione sepultum est. Regnauit autem Lescus a morte patris  
 annos tres propemodum, dic vero quid haec acta sunt fuit a Christo

nato. Villesimus Ducentesimus Septimus. Aucto sequenti, Illustris pla-  
 gister Vincensius Vallubbonis de Narbon prope Opator, Nobilis de  
 domo Rose, Propositus Gendarciensis, propter uigeni excellentiam per  
 Capitulum Cracoviense in Episcopum Cracoviensem electus est, post morte  
 illius Domini Fulonis eiusdem Ecclesie Episcopi, etiam in Ecclesia pre-  
 dicta nulla obtinebat probandam, ab Innocentio Tertio confirmatus,  
 et ab Henrico Archipresule Gnesnensi consecratus fuit. Hic multis Ec-  
 clesiis multa beneficia prestans etiam in Monasterio nostrum suum  
 liberalitatem ostendit. Nam villam suam paternam Dredicatis dictam  
 Niekiatka, et mediatalem villa Narbon iure pecunia illi donavit,  
 prout arademate inter nepotes ex fratre videlicet Boguslauum et Su-  
 lislaum interposito, ne bona predicta Ecclesia collata adimereat. Is  
 Prasul venerabilis, postquam per decem annos Episcopatum radicab-  
 liter gelissit, aperte Itinibus et Amitys, habitum Sacri Ordinis  
 Cisterciensis in Monasterio Andreonien suscepit A.D. 1218. et  
 probatione perfecta eundem professus est, siveque ex bono factus opfi-  
 mus, nudus nudum Christum secutus est. Cumque in eo, omni saecula  
 te ornatam vitam ducens quinquennium excogisset, ergastulo carnis  
 solutus

224  
solitus in Domino quietuit, octava die mensis Martij anno Domini 1223  
lege plura in vita ipsius

## II Abbas Monastery Copriunicensis Rmdm̄us D. Beatus Zbignaxus Paulus

Succesores Rcdm̄i d. THEODORICI Primi Abbatis quoniam  
vocarentur nomine nullum est testimonium cum omnia Privilegia libri  
subfellex sacra simul cum Monasterio per Tartaros igne consumpta fuerint  
qua breui describemus. Circa vero annum Domini 1240 qui Abbatis  
regimen administravent scriptis suis commendavit R. b. Chrysostomus  
Hieriquez eiusdem Ordinis Historiographus qui in suo chronologio ad  
dien decimam Decembris sic ait. In Colonia Basilio s. Zbignai Ab.  
batis et Monachorum Cenobi Cava provincia Ordinis Cisterciensium pro.  
te Cracoviæ, qui unanimiter eadem fide et equali constantia pro  
confessione Christiane religiosis crudeliter trucidati palam Marschii  
promoverunt. Antiqua vero Chronica huius Monasterij dicunt, eum  
fuisse nomine Paulum utique fidem dantes, imposuimus illi nomine V.  
trunque. Hic dum feliciter promovet Monasterium tam in bonis spiritu  
alibus utram etiam in temporalibus ex multitudine Tartarorum invadit Po.  
loniam magnam crudelitatem in quosvis exercens. Nec fuit liberum doc.  
Monasteriu

Monasterium ab illorum invasione in qua quid pertulerit, audierat Do-  
 minum Gratiam Piedmontam, qui Coloniam rerum lib 3. cap 39. sic  
 ait Anno Domini 1241. Tartari per Russiam trucidatis Tyranni et Princi-  
 pis Rutenorum, in Coloniam venerant, receptaque frida, in Officiis. Lu-  
 blii et Zandost vicinisque eorum, eam in Russiam reduxerunt festinan-  
 terque redeantes, Sandomiriam cum Castro expugnauerunt, illicque Abbottem  
 Copanicensem cum Fratribus eius, et magnum numerum utriusque sexus nobi-  
 tum et ignobilium, virorum ac matronarum, ad conservandam vitam Sandomi-  
 rie collectorum occiderunt. Coquettar et Deus Marinus Romae, cuius  
 in vita Boleslai Duci Coloniae Judici appellat. Hac sunt verba. Tartari  
 ait. Russiam perustati, et maxima ex parte subiugata Anno Christi 1240  
 Lublinensem oram in Colonia Russis finitam magno impetu invaserunt,  
 exustaque arce Lublinensi omnem illam regionem, usque ad Vistulan longe  
 lateque depopulati. Zandostum etiam arem in ripa Vistulae sicut coll-  
 lerunt, indeque in Russiam reversi deposita tuto loco frida, quam iagen-  
 ten abgeverant et aportabant curiculo in Coloniam byzerno tempore re-  
 versi sunt transversaque flumine Vistula glacie concreto Sandomiriam  
 expugnare. Copanicense monasterium diripiunt, utroque pretter que na-  
 trem aggressum et nobilium multitudinem, quod illuc congererat, non  
 cum Monachis interfecere, progressique longius remine proibente per  
 Vistulam Scarmiriam usque peruenire, variare sic videtur Historici in

anno, cum unus illorum dicit 1241. alter uno anno minus, sed facile  
 frater Lector illeum mentes intelliget, cum tempus quo hoc facta sunt  
 perserabit. Nam facta sunt hoc in fine maius et in principio ad-  
 terius, quod etiam insinuat citatus Br. Henricus, qui decima die  
 mensis Decembris dicit fuisse Fratres monasterij nostri intercepitos,  
 et monasterium direptum, dubium ac etiam hoc prima vice igne consumpta  
 nam hoc factum est, altera vice quod minime probemus. Hunc factum  
 est, ut nulla privalia Originalia, usque ad hodiernum diem habeamus,  
 quia Fundator primus monasterio nostro impetraverat sed nec est illa no-  
 titia quo in loco Fratrum nostrorum, simul cum Abate corpora sicut sepul-  
 ta, Ut vero Lector intelligat, in quantis calamitatibus fuerit Regnum  
 hoc, legat predictor Rostonos, ibi inueniet non fuisse talis, qui tan-  
 tan ferocitatem Tartarorum reprimere, ipse Dux Poloniae Boleslaus Eu-  
 dicus simul cum matre sua, et Coniuge Cunegundi ex arce Cracoviensi  
 in Ungariam cum familia et subfellechi rapim collectis sarcinio non au-  
 bus se tanta multitudini offondere ad soorem profugit. Unum placet  
 annotare, quartam scilicet arte peres Legnician in Silesia, Henricus  
 Dux filium S. Reduigis, simul cum exercitu suo prostraverunt. Nam  
 cum illis aduerterebus predictus Dux obviam exiit et cum eis manus

conseruisset

conseruisset virtute sua et militum eius effectum est ut illorum res me-  
tio loco else caperent. **D**ux ecce ex vexillo Tartarorum (cuius  
pictura X littera figuram praeservebat, in cuspide vero imago erat  
tetra signique in tota capite humani barbati) tumus ac nebula de-  
sisima, ac fastidissima exire visa est, quod non modo aspectum barba-  
rorum nostris adimebat, verum etiam odore tatemino eos excabat, to-  
tumque exercitum nouitate ac miraculo rei stupractum perturbabat.

**Q**uid plura? Victi nostri, in fugam sese veterunt solus Henicus  
Dux cum aliquot diei pugnans et ipse occubuit. Tantus autem in eo  
pratio interfectorum Christianorum numerus fuit, ut singulis singulis au-  
reicula in Tartaris præcisæ novem ingentes saccos compleverent. Et quam  
seuere D. T. O. ap. recent servi sui Stanislai Episcopi Cracoviensis  
furiebat, ille enim feliciter huic Regno succedebat, usque ad Canonis-  
ationem predicti S. Episcopi, quod sub eodem Duce severissimo Bo-  
lestao predicò facta est.

### III. Abbas Copriunicensis Rmdm̄us D. Theodoricus secund⁹

**A**liquot annis monasterium desolatum stetit propter bella intestina  
Principum, et absentiam severissimi Principis Boleslai, qui ex Virgaria re-  
diens

liens, suum Principatum de manibus Corradi Ducis glasovic, ab eo  
 iam magna ex parte occupatum vindicavit, et Monachum intrare ingenti  
 omnia gratulatione exceptus est. Et post mortem Corradi pacem ra-  
 etus, collapsa et vastata instaurare defraudataque coniuge cepit. In-  
 ter alia videlicet Monasterium nostrum desolatum, ut posset in suum statum  
 priorem reduci; Privilégia quo dux eius Princeps Boleslaus eidem contu-  
 lerat, de novo scribi iussit et extradere. Circa annum Domini 1250 rexit  
 gubernacula Abbatis nostra Reginus D. Theodericus, qui ratione quod  
 relatum inter subditos ex Blone villa Monasterij tunc Andreouieni, et  
 inter Offidanos exortarum, simul cum Conventu suo donauit Monasterio An-  
 dreouieni villam nomine Wschoboszce, quam dederat in Consecratione Eccle-  
 sie nostra Magnifica Comitissa Beatrix filia Comitis in Zelochovce,  
 pro parte certa peres viam tendentem in Koscin cum omnibus fratis  
 sulis agris, ex qua tamen obligauit se et domines suos ad solvendam  
 decimam sicuti prius. Hoc differens lege in Copia concordia inter pre-  
 dictos Abbatibus sub Actu Anni Domini 1250 tertie die Octobris, quod  
 sola incendium Monasterij evasit, et ad nostra tempora usque perdura-  
 uit. Fissimi Ducis Boleslai erat uxor nomine Cunegundis cum qua  
 in castitate vixit, et ideo a Bolonis sicutus fuit. Pediatus Hec anno Domini

1252 oratione sua impetravit salis metalla, qua' apud Boednam pate  
 quod iam oppidum est quanto a Cracovia militari, inuenta sunt benefici  
 um non modo Polonis sed etiam finitinis populis perutile Anno sequenti  
 id est 1253 Diuus Stanislaus Episcopus Cracoviensis, satagente eodem  
 Princeps Boleslao, et Episcopo Cracoviense Brandota, ab Innocentio quar  
 to Pontifice summo in numerum Sanctorum relatus est Centesimo decim  
 et quinto ac septuagesimo post mortem suam anno. Anno Domini 1258.  
 terra motus redemptor Poloniam concussit, et animos dominum propter rei  
 caritatem, non metu tantum sed etiam religione impluit, velut magnorum  
 malorum, quod mox consequita sunt prodigium. Nam Tartarorum iugens vis  
 Nogai et Telebugi Ducibus in Polonię sese per Russiam nesci De  
 cembri effudit. Russis ipsis adiutoribus atque ductoribus. Flumina tunc  
 iam glacie concreta erant, itaque summa celeritate viri et Lublinensem  
 oram fratergessi, in Sandomiriensem impetum faciunt, et plurimos mor  
 tales incantes opprimunt. Monasterium Zamostense, quod Boleslaus  
 Princeps severissimus ruper considerat et viginti quinque fagi dotatum  
 pueris 8. Francisci institutum Brofessis attribuerat, diripiunt, itenque  
 id quod in Uzecio sine Calvo nonte situm est Sandomiriense oppidum  
 incedunt, verum nullo opera prelio, nam a multis graniter defensabatur  
 Ihi Rulorum Duxes Leo et Romanus Danielis filii et Basiliscus fr  
 qui in castro

qui in castris Tartarorum erant, primo per internuncios deinde per se  
 ipsi cum Petro Praefecto arcis agunt, ut si se arce que seruatum ire  
 velit, ad Tartarorum duces in castra veniat, et imperata se facturu  
 professus parvo se arce que et omniem multitudinem redimat. Tidem  
 dant il ea in re fore periculi, se hoc ita conjecturos esse. Credidit  
 Praefectus Russos Christiani sanguinis misericordia commotus, quem ad-  
 modum praefererent illa suadere et recipere. Itaque cum fratre suo, et  
 primoribus ex nobilitate ad castra Dostium, quem admodum conauerat  
 proficisciatur. Dux Barbarorum ut erat electus a Russis adorat, et  
 de salute sua et arcis suffplex agit. Barbari autem ut sunt, fallaciis  
 simi, in supplices impetum faciunt spoliatos et verberatos immunitos  
 obturant, et confessim sublato clamore, effuso cursu in arcem iudic-  
 tur eiusmodi expectantibus defensionibus inueniuntur, in cedere domi-  
 num, omnibus perterritis et latelras querentibus promiscue praesantur  
 Defensi autem cedendo, reliquum vulgas dominum gregatim in Istudam  
 impulerunt. Tanta vero cedes in Arce tunc facta esse dicitur ut sanguis  
 cesorum ad Istudam usque deflueret. Possibile Abbatem monasterij no-  
 stri, via cum Fratribus se denuominiam ut ad locum muritum conta-  
 lisse, acceptis secum Privilegiis, et preciosioribus localibus, ubi cum a-  
 lis immunitilibus est trucidatus, etiam si Deo Myronici taceat.

Hoc peracto

Hoc feracto iupi Barbari ad monasterium inuolant illudque flan-  
mis circumdant et comburant, quos præsentes inuererant trucidatis. Te-  
statutus doc Boleslaus Princeps in suo Privilégio, monasterio 1087. Anno  
Dni. 1267 concessit his verbis. Cum igitur ipsum Czaduum cum villa  
Czorszi adiacente, et alijs pertinentijs ad ipsum Claustra contingentibus  
per Tartaros miserabiliter et fletibliter occulto Dei iudicio sit peritus  
nullatum, et ignis consumphiose ufaillatum, ex uno cordis tali calamis-  
tati compatientes et condolentes etc. etc. Per hanc ufaillationem Pri-  
uilegia nostra que iam data erant perierunt nec quicquam remansit pra-  
ter copiam concordie ut supra diximus. At ne sue fundamento affir-  
memus post primum aduentum Tartarorum obiecta esse Privilégia, ipsu-  
m pessimum Principem Boleslaum dorum Collatorem in suo Privilégio Anno  
Dni. 1262. collato loquacem, acdiamus. Sic enim ait. Nos Bolesla-  
us Dei gratia Dux Cracoviæ et Sandomiriæ rect. omnes liberta-  
tes, quas post primum aduentum Tartarorum Abbati et Fratribus ibi-  
tem Deo fanularibus iure hereditatio et perpetuo contuleramus in-  
 nouamus et confirmamus. Sed reuertatur ad eos, qui misere Sandomi-  
rie trucidati erant dorum enim memoria anniversaria celebritate po-  
stodie Calendas Junij ibidem in Ecclesia Collegiata, magno populi con-  
cursu

cursu recolitur magna Bonifacij Pontificis maximi indulgentia cum-  
 lata, cuius Bulla talis est tenor. Bonifacius Servus servorum Dei, fi-  
 lijs suis in Christo dilectis ac fidelibus ad quos præsens scriptum fer-  
 uerent salutem sempiternam et Apostolicam benedictionem. Venientes  
 ad nos Filii nostri dilecti. Bodzeta Decanus sendominiæ Ecclesia  
 cum suo socio nomine Alberti qui dicebat se esse Canonicu[m] eiusdem Ec-  
 clesie, nobis lacrymose narrauerunt quod veritates impii Bagani quos di-  
 cebant Tartaros terram sendominiensem subintrantes, et Castrum sendo-  
 minicæ subvertentes, multimodam ibi multitudinem Christianorum occiserunt  
 quorum non est numerus, et quorum sanguis defluebat usque ad flumen  
 qui vocatur Wida. Hoc factu[m] intrauerunt Ecclesiam qua[nto] ibi est et  
 ipsam spoliaverunt et incenderunt, et multas Sæctorum reliquias, qua[nto] ibi  
 erant disperserunt et doc factum esse dixerunt in Lunctione s. gela-  
 vil Virginis et sub Anno Domini 1259 predicti Bagani sic talia mala  
 facientes receperunt. Nos vero eorum petitionibus et lacrymis traua-  
 tes uterogauimus quid postularent. Qui dixerunt. Petimus ut Ecclesia  
 predicta possit relevari et reparari adhuc a vestra Paternitate, et  
 dignitas indulgentiæ ac privilegiis communiri. Nos vero iuncto consilii  
 fratrum nostrorum Cardinalium, auctoritate omnipotentiæ Dei, et Sancto  
vni Petri

rum Petri et Pauli, et auctoritate nostra, eadem Ecclesia s. Mariæ de  
 dominicæ deditus, donamus et assignamus eas indulgentias, quas dabit  
 Ecclesia nostra Romana, quæ s. Mariæ ad martyres nuncupatur. Ut ergo  
 ad eandem solennitatem audiens et cibiliis fidelis conuenient Christiani  
 omnibus penitentibus et confessis in die s. Mariæ ad martyres in Ec-  
 clesiæ s. Mariæ Gloriosissimæ existentibus, secunda die mensis Junij ex-  
 pendia spiritualia. Apostolica lassitione concedimus trecentos sexaginta  
 et sex annos, vel tot quot sunt dies in anno, de vera indulgentia cum toti  
 tem carens, carera autem qualibet continet in se tertia dies, quibus  
 anima in purgatorio penitere debet. Vta carera celebitur, et eandem indul-  
 gentiam vere penitentes et confessi fideles in eadem Ecclesia, per Octa-  
 vas Festi eiusdem quarentes misericorditer consequentur. Statuimus etiam  
 in eadem Ecclesia s. Mariæ ad martyres Romæ, et similiter Gloriosissimæ,  
 quod fact Brocelio omni sextâ ferâ cum vexillis, et reliquis ss. exce-  
 pto Festo duplice, vel novem Lectionum, cum Offerendo Protege et Lita-  
 nia, et a predicta Brocessione toties quoque contigit, omnibus vere peni-  
 tentibus et confessis qui ibi tunc interuenient septem annos, et totidem  
 careras misericordiciæ auferne indulgemus. Datum Romæ apud s.  
 Petrum. tertio plus Novembris Anno Domini 1259. Tunc Bella dodec usque  
 in Deserto.

in besauo Ecclesie Collegiate a servatur, que die Dni 1699 transsumpta, et populo ad legendum in magna tabella exposita est, ubi etiam additur, modernum summum Pontificem D. Vibram Octavum eisdem indulgentis plenariae addidisse. Cromens vero scribit, quod Alexander Pontifex summus dabo quan diximus indulgentiam concesserit.

## Monasterium Copriunicense priuilegiis de nouo roboratur.

Bella cum Litigis et Russis impediuerant pium Principem Boleslaum, qui ad restauracionem Monasterij nostri sese accingeret, quibus fuitis, et Russis felicissime victis, eam Victoriam Deo referens, eique se gratum ostendere volens, in Monasterium hoc suam liberalitatem ostendit. Inuocato itaq; diuino auxilio, praerogatiwas et libertates magnas subditis nostris eligitur. Delectat ipsissima Principis verba mutare. Louerit, inquit, tam preces etas quam postera, quia cum Claustrum de Kopriunica supersit totaliter a Legatis Tartarum derastatum, nec aliter adjicare possit ut resurgat nisi proverum virorum consilio et auxilio subleuetur. Proinde Nos Boleslaus Dei gratia Dex Crooniae et Sandomiriae, ac communis consensu Baronum nostrorum ut dictum Claustrum per nostrum auxilium queat ut melius reformari, ac salutem nostram nosque Consortis Cunejulidis, ac pro remedium animad

dio summa parentum nostrorum omnes libertates quas post primum adven-  
 tum Tartarorum Abbatii et Fratribus videlicet Deo frumentis iure heredi-  
 tario et perpetuo contuleramus, innouamus et confirmamus, eas haec per spe-  
 cies distinguentes. Et concessas plenissimis libertatibus habitatoribus Oppidi  
 Cepinicae, scilicet et reque stradam, neque portam, neque pontem soluere  
 teneantur. Similiter ut sint liberi a Judicio Galatini Castellani et Judicio eius,  
 et ut vestigium vulgariter glas soluere minime teneantur. Liberos eos etiam pro-  
 mulgat a solutione in foro pretorio, et telonei, tandem conferte omnem usum fru-  
 ctum in sylvis Regis, tam in sicco, quam in vindo, tam ad edificia, quam  
 etiam ad pascua, cuiuslibet generis animalium. Datum in Orieck, quarto  
 Iulii Septembris. Anno Domini 1262.

Easdem libertates donauit Jacobis in oppido Jasiel, quod tunc adven-  
 erat in possessione monasterij, et praterea addidit, ut non licet Judicii  
 Castrensi secessionem ibi habere, super diversitas causas extraneorum domi-  
 num, videlicet crimen aliquod perpetratum. Vix quinque anni post datum primum  
 privilegium transierant, et ecce nouam ostendit gratiam, conferens videlicet  
 Abbatii et Fratribus facultatem, in villa foensi colonos sub omni libertate  
 more Teutonicorum ad instar libertatis Cuiuslibet Cracoviensem locare, et in ea o-  
 raria iuxta et consuetudines ordinato Aliud loco conseruare. Item post de-  
 cem annos id est 1277 libertat omnia bona monasterij nostri ab omibus  
 exactionibus

— exactiōibus Ducalib⁹, a solutione delořei, concedit item liberam iū-  
cisiōēm lignorum et fascia. In hoc Privilgio ponit Catalogum Offi-  
ciorum et Villarum, additque quantum modo et a quo Monasterio nostro  
incorporata fuerat, facit mentionem Salis in Wieliczka ex quo nos plu-  
ra desumpsimus ut supra patuit. Obteſta Confirmatione bonorum Monas-  
terij, apud Illustissimum Principem necessarium duxit Abbas (eius no-  
men ignoratur) obtineve Confirmationem decimarum Monasterio, per Illu-  
stissimum D. Fulcom Epum Cracoviensem et alios doctarum. Quam obti-  
nuit ab Illmo D. Philippo Firmani Episcopo et Apostolica Sedis Legato.  
Confirmationis eius seriem placuit auctoritate, ut sciat Lector, quan-  
nam decima protunc erant tenet Monasterium.

PHILIPPVS miseratione divina Firmans Epus. Aplica sedis Legatus.  
Dilectis in Christo filiis. Abbat⁹ et Cenuent⁹ Monasterij de Cophinica C-  
isterciens Ordinis, Cracoviensis Diocesis, Salutem in Oño. Iustis petentiā  
lēsideri⁹ dignum est nos faciliter probare aſſensum, et vota que a rationis  
tranſite non discordat effectu prosequente complete. Ea propter dilectionis  
Oño fili⁹ vestris iustis ſupplicationibus grato concurrentes aſſensu, deci-  
man de Cophinica de Dobiešan⁹, de Lubinor⁹ de Dobiedon⁹ de Lubla  
de Wietzno, te Bielasbor⁹ de Zagor⁹ de Niekiszka, de dniejca, de  
Skotuk⁹.

gletoniki, de Bévere, de Bracken, de Sulce, de Bystroga, de Wnetonice  
 de Dekarow, de Stibedon, de Zaborno de Buges patro et magne, de Po-  
 greque, de Dobudon, de villa que Tilkonis, de Zarany ~~dan~~ et de Cherni-  
 nadne villarum, quam iam Iudum quiete et pacifice possidetis, nos et  
 per nos monasterio vestro, auctoritate qua largimur in hac parte confirma-  
 mus, et presentis sancti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino dominum  
 licet hanc paginam nostra confirmationis infringere, vel ei, ausu temerario  
 centraire. Si quis autem hoc attentare presumperit, indignationem omnipo-  
 tentis Dei, et Beatorum Apistarum Petri et Pauli se mouerit incursum.  
 Datum in Castro Bulet. Calend. Juli anno Domini M CXXIX. VII  
 Indictio. Pontificatus D. Nicolai Episcopae Tertij anno secundo. Contat  
 in Indicio aliquot summorum Pontificium Confirmationes et Privilegia, quia  
 quia non debent annotatum annum quo emanarunt, ea dic posere non gra-  
 uabor.

### Confirmatio Possessionum. Monasterij Copriuncensis.

Joannes Epus Servus servorum Dei. Odechis Filius Abati et Ca-  
 ventui monasterij de Copriuncia. Cisterciensis Ordinis Cracoviensis Di-  
 ecesis. Salutem et Apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod  
 iustum et honestum est, tan rigor aequitatis, quam obdo exigit rationis  
 ut id per sollicitudinem officij nostri, at debitum perducatur effectum

Epistola

Capropter dilecti uero Filii, vestris iustis postulationibus grato concurretes  
 restes a sensu personas vestras et locum in quo Deum obsequio estis manci-  
 pati, cum omnibus bonis, que in presentiarum rationabiliter possidetis aut  
 in futurum iustis modis praestare Deo poteritis adipisci, sub Beati Petri  
 protectionem suscipimus atque nostram. Et specialiter te Cophanicia, So-  
 nica Bay, Dobbedon, Lula, Wietzno, Bielabor, Zlazow, Niekisialka  
 gniezna Skotniki Strzelkow Salow Bystreca Wietonice Dokarow,  
 Dobbedon, Kotor, Zbecin, Fristak, Petragowa Grodzisko Wysoka &c.  
 tomia Juonellis Villam decimas, nec non alia bona vestra, sicut ea omnia  
 iuste possidetis, nobis et per nos monasterio vestro prefato, auctoritate Apo-  
 stolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Salua in  
 predictis mediatione Concilii generalis. Nulli ergo omnia donata licet  
 hanc paginam nostram susceptionis, confirmationis infringere etc. Datum apud  
 S. Antonium extra muros Florentiu VIII Kalend. Septembris Pontificatus  
 nostri anno quarto. Notatur hic falso Janus 23.

### Altera Confirmatio Possessionum.

MARTINVS Episcopus Servus servorum Dei. Dilecte Filie Ab-  
 batii et Conventui Monasterij te Cophanicia. Cisterciae Ordinis. Diocesis Cra-  
 couieni Salutem et Apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, ut iusponi.  
 Capropter dilecti uero Filii, vestris iustis postulationibus grato concur-  
 retes

rentes assensu, omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus, sive per Privilegia, sive alias indulgentias, vobis et Monasterio vestro de Cophianica predicto concessas, nec non libertates, et exemptiones secularium exemptionum a Regibus Principibus, vel alijs Christifidelibus, rationaliter vobis, et predicto Monasterio vestro uidatas, sicut eas iuste et pacifice possidetis, vobis et per vos, eidem Monasterio vestro auctoritate apostolica confirmatus, et presentis scripti patrocilio communimus. Nulli ergo dominum licet danc paginam nostra confirmationis et communiones infringere etc. Datum Roma apud S. Petrum XIII. Kalendas Ianuarias Pontificatus nostri Anno Quinto. Martinus Seg.

Extat istem verbis scripta Confirmatio Joannis Papa. Datum Antiochiae  
II. Iulii Junij. Pontificatus nostri Anno Tertiodecimo.

Ordinary in Abbates nullam iurisdictionem  
exercere possunt.

**INNOCENTIVS** Epis Servus servorum Dei. dilectis filiis Abbati Cisterciensiumque Cobbabibus et Conventibus Cisterciensium Ordinis. Salutem et Apostolicam Benedictionem. Cum super luxemus statuerimus ut exempli quartacunque gaudente libertate ubilominus tamen ratione delicti, seu contractus, aut rei de qua contra ipsos agitur, ritè possiat coram locorum Ordinariis conueniri, et illi quo ad hoc suam in ipsis iurisdictionem, prout ipsi exigit exercere. Nos dubitantes, ne per Constitutionem huiusmodi liber-

tibus

tatibus et immunitatibus Vobis, et Ordini vestro, per Privilegia et indul-  
gentias ab Apostolica sede concessis praedicare valeat, nos humiliter  
supplicatis, ut prouidere super hoc iuramentati vestra paterna solicitudine  
curaremus. Quia vero eiusdem Ordinis Sacra religio, sic vos apud nos, di-  
gnos favore constituit, ut nois votum existat, vos ab omnibus, per quod vo-  
nis possent prouocare disperdita immunes libertati animo præservare, autoritate  
vobis presentium indulgenus, ut occasione huiusmodi constitutionis, nullum  
eisdem libertatibus et immunitatibus in posterum praedicium generetur.

Alli ego omnia domini licet dare sagittam nostre concessionis intra-  
dece rec. Datum lugduni IIII Nonas Martii, Pontificatus ab anno O.  
etano. Anno Domini 1279. obit missimus, et nostri monasterij martissi-  
mus. Serenus Dux Boleslaus Budicus cui succedens Esecus dictus niger,  
concessit D. Abbatu et Fratribus Monasterij nostri facultatem recipiendi  
panorum placationes, quaecunque milites gerere Nobiles, secundum milita-  
ris dignitatis exigentiam recipere pro se consueverat ab eis, qui judiciali  
sententia ad easdem solvendas fuerint condemnati. Confirmavit etiam Pri-  
uilegia a Serenmo Boleslao Budico concessa, et illidit paten hereditatis  
de Besnyce, qua fuerat dominata filii Ruprosandoris, qui eadem est  
iure ex hereditatis eius, quod trans fugiens ad schismaticos hostiliter terram  
præmonstrati Serenii Ducis Colonia radicatus est decudare. Donatio Dae-  
facta est

facta est Anno Domini 1284. Iunia 18. Anno vero Domini 1306. Vladislaus Cu-  
bitalis post multa pericula perpresa, frequentibusque repulsis exantatis, dum  
Principatum Boleslaviae gravere cepisset, non solum in eam monasterium nostrum  
sed simul in quatuor Ordinis Cisterciensium suam propensionem ostendere volens,  
concessit facultatem monasteriorum Andreouensi Wadowicam. Schryne et Co-  
municensi locandi iure quo voluntat Bentonico villas, Grangias, Allodia et  
poterant in eis cuiuscunque lugubris et rationis domines, fratreve exercit subdi-  
tos predicatorum monasteriorum a judicio Galatinorum. Castellarum, et aliorum  
judicium. Quod liberti animo concessit Anno Domini 1308. Cracovia. quarto Calen-  
das Iunij.

### III Abbates Reuerendissimus D. Ioannes,

**A** secunda vastatione et combustionie monasterij per Tartaros facta,  
nullum est dubium, quia breui abbates esse adhuc, prorsertim cum Serenissi-  
mus Dux Boleslaus in Confirmatione Privilégiorum Monasterij. Abbatis et Fra-  
trum faciat mentionem. Quo vero vocaretur nomine, et aliis successores eius usq;  
ad hunc, cuius gesta describere nimis est, nullus non abebat nialis docuit.  
Et utinam eorum nomina in Privilégio, quod monasterio impetrabant posita fu-  
issent, sicut eorum vigilatia hac in parte magna meretur commendationem.  
Sed licet eorum nomina propria ignorantur, eorum tamen solers diligentia argu-  
itar ex

iter ex Privilegiis et libertatibus, quas ab illustribus Dicibus, superiori com-  
memoratis sub cursu eiusdem temporis impetravat. Cum itaque a secunda Confir-  
matione Privilegiorum sexaginta anni esset clausi, (qui facta est post combu-  
stionem Monasterij anno tertio) circa annum Domini 1322. Abbas nomine  
Joannes profuit sub Severino Vladislao Lectico Duce Coloniæ. Hic videns  
quid ei fratres de Skotnikowice. Besyce et Salisbori usurpatum in Syria,  
ante fores Monasterij existente, dicta Skotnicka regareat in usque opero.  
itate sua, illum ad Monasterium proprietatem reuocauit, et adjudicati Monasterio  
a fratre Duce Illustrissimo procurauit Anno Domini 1328. quem etiam ad pe-  
